fol. 18. Coll. cum Jaffé n. 14.

Quamvis certissime credam piissimum dominum meum semper memorem esse patronorum suorum, beatissimorum Christi martyrum Marcellini et Petri, qui occulto Dei iudicio Roma relicta ad exaltationem & protectionem regni vestri in Franciam venerunt, & pro qua nescio causa apud me peccatorem hospitari dignati sunt, mihi tamen magna incumbit necessitas, ut vos de causis ad eorum honorem pertinentibus crebro commoneam, ne forte periculum ac detrimentum animae meae incurram, si de illa ammonitione neglegentior quam oportet extitero. Et licet illi sint misericordissimi, qui etiam percussori suo pepercerunt, regem tamen eorum, dominum nostrum Jesum Christum, pro cuius amore mori non dubitaverunt, offendere timeo, si in exhibendis eorum cultui congruis honoribus me segniter agentem invenerit. Proinde piissime domine excellentiam vestram humiliter ammoneo, & peto ut recordari dignemini de illa commutatione loci in quo veneranda martyrum corpora requiescunt quae cum Otgario episcopo facta est, et eum illis proprium efficiatis, pro quo liberando proprium vestrum sancto Martino tradidistis. Item ammonere prae~~xx~~ [sumo] misericordiam vestram de illis meis petitionibus, quibus tunc quando ^{x}infirmatus^{x} viciniam mortis exhorrui vobis suggessi, ut aliquid de ~~facultatibus~~ ^{x}vestris [beneficiis] ad sustentationem eorum qui iuxta sacratissima sanctorum martyrum corpora Deo deservituri sunt eisdem mitissimis patronis ~~conferre~~ [vres dare] dig[a]nemini, qualiter tunc vestris benignissimis promissionibus sperare fecistis, quod desiderio meo frustrari non deberem. [e]Et non solum in hac causa, sed etiam in eo, ut his quos ad servitium vestrum enutrivi misericordiam vestram impendere, & eos de ipsis beneficiis adiuvare deberetis. Certissime confido, quod in hoc & Deum & sanctos eius promereri debeatis, si me voti mei compotem in hac causa efficere dignemini. Item rogo, ut cogitare atque pensare dignemini, quae merces vos apud Deum maneat & laus coram saeculo vobis adcrescat, si per vos & in diebus vestris locus requietionis sanctorum martyrum tam in aedificiis quam in aliis necessariis rebus fuerit auctus ornatus & exaltatus, ut etiam constructio eius nomini vestro adscribatur, simulque & vestra & martyrum memoria ore omnium populorum perpetua mentione celebretur. Ad extremum rogo & obnixe deprecor magnam mansuetudinem vestram, ut super me miserum & peccatorem #, iam senem & valde infirmum, misericorditer ac pie respicere dignemini, & a

#1

x–x imminentis J.

legere non potui R.

x nostris J.

n. z. lesen?

n. z. lesen?

spem mihi J. J.

#